Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

foras. De qua hic electione subiungit. Si autem fortior illo sup
ueniens uicerit eum. uniuersa arma eius auferet in quib; confidebat.
& spolia eius distribuet. De se ipso quippe loquitur. quod non concordi
fallax operatione quemadmodum calumniabantur. sed fortiori
potentia uictor hominem a demonio liberaret. Arma in quib;
male fortis ille confidebat. astutie doliq; fraudulentie spiritalis.
spolia uero eius ipsi homines sunt a eo decepti. que uictor xpc di-
stribuit quod est insigne triumphantis. quia captiuam duxit
captiuitatem. dedit dona hominibus. quosdam quidem apostolos. alios
euangelistas. hos prophetas. illos pastores ordinans & doctores.
Qui non est [illegible] mecum aduersum me est. & qui non colligit mecum
dispergit. [illegible] Non putet quisquam de hereticis hoc dictum &
scismaticis. quamquam & ita ex superfluo possit intellegi. sed ex
consequentib; textuq; sermonis ad diabolum referunt. & quod non
possunt opera saluatoris beelzebub operib; comparari. Ille cu
pit animas hominum tenere captiuas domini liberare. ille predicat
idola. hic uni notitiam dei. ille trahit. hic ad uirtutem reuocat.
Quomodo ergo possunt habere concordiam inter se. quorum opera
diuisa sunt. Cum inmundus spiritus exierit de homine. ambulat
per loca inaquosa. Quamuis simplicem intellegi possit dominum hec
ad distinctionem suorum & satanae operum adiunxisse. quod
scilicet ipse semper polluta mundare. satanas uero mundata
grauioribus festinet attaminare sordibus. tam & de here
tico quolibet uel scismatico et etiam malo catholico potest
non inconuenienter accipi. De quo tempore baptismatis spe
inmundus qui in eo prius habitauerat. ad confessionem catho
lice fidei ad renuntiationem quoque mundane conuersationis eiciatur.
locaque inaquosa pagret. id est corda fidelium que a mollicie